Christiani hominis Institutum in fide Jesu et in amore.

b 25 k 8.

Gala. quinto. Valet in Christo fides: que per dilectionem operatur.

FIDES.

i. Credo.

Confiteor primum ore pio: veneroq; fideli
Mente deū patrem: vel nutu cuncta potentem
Hunc qui stelligeri spacioſa volumina celi
Et ſolidum omnipare telluris cōdidit orbem.

ii. Et in Jesum.

Eius item natū Jesum cognomine christum.
Quē dūm nobis agnoſcimus ac veneramur.

iii. Qui conceptus.

Hunc Maria afflatu diuini numinis: alvo
Concepit virgo. peperit purissima virgo.

iiii. Passus sub.

Et graue suppliciũ meritus dãnante Pylato
Pertulit. infami suffixus in arbore mortem
Oppetijt tumulat⁹ humo ẽ claus⁹q; sepulchro
Interea penetrat populator ad infera regna

v. Tertia die.

Mox vbi tertia lux mesto se promserat orbi
Emersit tumulo: superasq; rediuiuus in auras

vi. Ascendit.

Inde palam ethereas scãdit sublimis in artem
Illic iam dexter patri assidet omnipotenti.

vii. Iterum ventu.

Idem olim redditur⁹ vt omnem iudicet orbem
Et viuos pariter: vitaq; ac lumine cassos.

viii. Credo in spiritum.

Te quoq; credo fide simili spirabile numen
Halitus afflatusq; dei sacer omnia lustrãs.

ix. Sanctam ecclesiam.

Et te confiteor sanctissima concio. qua gens
Christigena arcano nexu coitomnis in vnum
Corpus. et vnanimis capiti sociatur Jesu
Hinc ppriũ nescit: sed habet cõmunia cuncta.

x. Remissionem peccatorum.

Hoc equidem in cetu sancto peccata remitti
Credo. vel ijs sacro fuerint qui fonte renati:
Vel qui diluerint vitro sua crimina fletu.

xi. Carnis resurre.

Nec dubito quin exanimata cadauera rursũ
In vitam redeant: animas sortita priores.

xii. Vitam eternam.

Vtraq; pars nostri corp⁹ animusq; deinceps
Jũcta simul vitã ducẽt sine fine yhennẽ. Amẽ.

viii. Sacramenta.

Hoc quoq; ꝑsuasum est: ecclesia mystica septes
Munera dispensat: que sacramenta vocantur
Hinc varie dotes: et gratia plurima menti
Celitus inseritur. si quis modo sūpserit apte.

i. Ordo.

Ordine nāq; sacro. confertur sacra potestas
Ut fūgare ministeriis. christo auspice sāctis.

ii. Matrimonium.

Munere coniugij nati hūc prodimus ī orbem
Usq; adeo pulchri/pulcherrima portio/mūdi.

iii. Baptismus.

Munere baptismi longe felicius ijdem
Quāpri⁹. in te xp̄e renascimur atq; nouamur

iiii. Confirmatio.

Deinde in amore dei: nos confirmatio sacra
Constabilit. mentemq; inuicto robore durat.

v. Eucharistia.

Mysticus ille cibus. greci dixere synaxim
Qui panis viniq; palam sub imagine christū
Ipsum presentem vere exhibet: lutima nostri
Viscera. celesti saginat et educat esca
Inq; deo reddit vegetos et reddit adultos.

vi. Penitentia.

Si quem forte deo capitalis reddidit hostem
Noxia. continuo metanea medebitur illi
Restituet lapsum. rescissaq; federa rursum
Sarciet. offensi placabit numinis iram
Commissi modo peniteat pigeatq; nocentem
Ilq; volens peragrat p̄scripta piamina culpe

vii. Unctio.

Unguinis extremi mun⁹ nos munit ⁊ armat
Migrantēq; animam per summa picula. tuto

Trāsmittit patris: ⁊ superis cōmendat euntē

AMOR DEI.

Hec est indubitata fides. cui pectore certo
Nixus. amabo patrē sup oīa cūctipotentem
Qui me cōdideritq; ⁊ in hūc ꝓduxerit orbem
Rursus amore pari dominū cōplectar Jesum
Qui nos asseruit. precioq; redemit amico
Spiritū item sanctum q̄ me sine fine benigno
Afflatu fouet. atq; animi penetralia ditans
Dotibus arcanis. vitali recreat aura
Atq; hic ternio sāctus: ⁊ omni laude ferendus
Toto ex corde mihi. tota de mente. supremis
Viribus. obsequio. meritoq; coletur honore
Hunc vnū reuerebor: ⁊ hoc semel omnis in vno
Spes mea figetur. hec omnia metiar vno
Hic propter sese mihi semper amabitur vnus.

AMOR SUI.

Post hũc haud alia ratione ac nomine charus
Ipse mihi fuero: nisi quatenus omnis in illum
Ille mei referatur amor: fontemq; reuisat
Culpam pterea fugiam p viribus omnem
Precipue capitale tamen vitauero crimen
Mõ necat. atq; animam letali vulnerat ictu.

Superbia. Inuidia. Ira.

Ne fastu tumeam: ne vel liuore maligno
Torquear. aut bili rapiar feruente cauebo.

Gula: Luxuria: Pigritia.

Ne vel spurca libido vel insatiabilis æ luus
Imperet enitar: ne turpis inertia vincat.

Auaritia.

Ne nunq; saturãda fames me verat habendi
Plus satis. vt cupiam fallacis munera mũdi.

Fugã malorum.

Improba pestiferi fugiam commertia cetus
Omnia/summo animi conatu/precq; virili.

Studium pietatis.

Atq; huc incumbam neruis ac pectore toto
Ut magis atq; magis. superet mihi gra. virtꝰ
Augescatq; pie diuina scientia menti.

Oratio.

Orabo. superosq; precum libamine puro
Placare admitar: cum tempore sedulus omni
Tum vero primis: quoties lux festa recurret.

Frugalitas victus.

Frugales epule semper: mensq; placebit
Hordia mundicies: et auari nescia luxus.

Ieiunium.

Seruabo reuerens: quoties ieiunia nobis
Indicit certis ecclesia sancta diebus.

Mentis custodia.

Sancta vti sint mihi secrete penetralia mētis
Ne quid eo subeat fedumue nocensue studebo.

Lingue custodia.

Ne temere iuret.ne vnq̄ mendacia p̄ōmat
Turpia ne dictu dicat mea lingua cauebo.

Manus custodia.

A furto cohibebo manus.nec ad vlla minuta
Uiscatos mittam digitos.et si quid adēptum
Cuiq̄ erit.id domino ꝑperabo reddere iusto.

Restitutio.

Id quoq̄ restituā:si q̄d michi forte repertū est
Ne penes haud patiar prudēs aliena morari

AMOR PROXIMI.

Nec secus atq̄ mihi sū charus.amabitur ois
Proximus.est autem mi fallor proximus ille

Quisqs homo est. at sic vt amor referat amici
In christum. vitam piam veramqz salutem
Huic igitur fuerit quoties opus: atqz necesse
Sedulus officio corpusqz animumqz iuuabo
Vt mihi succurri cuipiam: si forsan egerem
Id tamen in primis prestabo vtriqz parenti
Per quos corporeo hor nasci mihi cõtigit orbe
At rursus dulciqz sehole: studiisqz sodales
Semper vti par est sincero amplectar amore.

Assidua confessio.

Si quando crimen fuero prolapsus in vllum
Protinus emitar pura vt confessio lapsum
Erigat: ac iusta tergatur noxia pene.

Sumptio corporis christi in vita.

At vbi sacrati me ad corporis atqz cruoris
Celestes epulas pietasqz diesqz vocabit

Illotis manibus metuens accedere: pectus
Ante meum: quanta cura studioq; licebit
Purgabo maculis: virtutum ornabo nitelis.

Morbus.

Porro vbi fatalis iam terminus ingruet cui
Extremūq; diem cū morbus adesse monebit
Nature sacramentis me armare studebo
Atq; hiis muneribꝰ: q̄ ecclesia sācta ministrat
Christigenis: Reteget confessio crimina vite
Sacrifico, sumam christi, venerabile corpus.

Mors.

Quod si vicine propius discrimina mortis
Urgebunt: suppler accersam qui mihi rite
Oblinat ac signet sacro ceromate corpus
Atq; hiis presidiis armatus, sic vti dignus est

Christicola. fortitudine fidenti pectore. vita

Decoram. bonitate dei. super omnia fretus.

Hoc fac et vives.

Explicit Christiani hominis Institutum. Impressum Londoñ. per Wynãdum de Worde. in vico anglice nuncupato (the Fletestrete) ad signum Solis commorantem.

BRITISH MUSEUM 8 JA 98